



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXI. Markgraf Ludwig vereignet dem Stifte Soldin auf Antrag seines Hofrichters Gercke Wolf die Gobbinsche Mühle, am 16. März 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXX. Markgraf Ludwig vereignet zur Stiftung eines Johannisaltars in der Collegiatkirche zu Soldin gewisse Hebungen, am 16. Dezember 1349.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. ob honorem et reverenciam omnipotentis dei, gloriose sue genitricis virginis Marie et omnium sanctorum, in nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam sempiternam, ad instantem requisicionem fidelis nostri dilecti protonotarii, domini T. Morner, damus et donamus per presentes VIII fructa reddituum annuorum ad altare dedicandum, fundandum, locandum in ecclesia collegiata sancti Johannis evangeliste in Soldin Caminenensis diocesis, ubi perhennis debet haberi memoria anime domini Th. Prefsel, quondam ibidem decani, ubicunque eadem VIII fructa duxerit comparanda, sic quod memorati redditus, quibus solempniter pro nobis et heredibus nostris presentibus Renunciamus, ad idem altare pacifice et quiete debeant iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus pertinere. In cujus etc. Testes Swartzburch, Lochen, Hasso junior de Wedel, Henricus de Vchtenhagen, pincerna, milites, Gher. Wolff et Johannes de Wedel cum ceteris. Datum Stetin, Anno MCCCXL, feria quarta post Lucie.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 167. In dem alten von dem Herrn v. Sachwig benutzten Copialbuche stand diese Urkunde zwischen den Documenten von 1349 und 1350. Der Markgraf besand sich auch um diese Zeit in Stettin, während er 1340 um diese Zeit zu Spandow sich aufhielt. Die Urkunde dürfte daher ohne Zweifel dem Jahre 1349 angehören.

XXXI. Markgraf Ludwig vereignet dem Stifte Soldin auf Antrag seines Hofrichters Gercke Wolf die Gobbinsche Mühle, am 16. März 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. contulimus honeste, ob deuocionis affectum pie, quem ad honorabiles viros prepositum, decanum et capitulum ecclesie Soldinenfis gerimus, ipsi divine remuneracionis intuitu in animarum progenitorum nostrorum, Marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum divine recordacionis, nostre, heredum et successorum nostrorum memoriam sempiternam damus et solempni donacione donamus per presentes literas, ad instantem requisicionem fidelis nostri dilecti Gerkini Wulff, curie nostre iudicis, molendinum situm in merica prope Gobbin, quondam dictum des Marggrafen Mole citra Gobbin, molen per cursum aque dicta molendina ducentis sic, quod predictum molendinum cum VIII fructis reddituum annuorum de ipso derivandorum cum omni jure et serviciis universis debebunt ad supra dictos — perpetuo proprietatis titulo pertinere. Renunciantes generaliter pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni suffragio juris scripti et consuetudinis vel statuti, quod nobis, heredibus et successoribus nostris ex nunc in dicto molendino competit aut in eodem in futurum possit competere quouismodo. In cujus etc. Testes Hufener, Bombrecht, Beringerus de Hele, Hermannus Wolkow et Morner, protonotarius. Datum Franckenford, Anno MCCCL, feria tertia ante diem palmarum.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 289 u. der Bresl. Universitäts-Bibliothek.